

magnificanda sunt. Nec probant oppositi illud decreti volumen receptum esse ab Ecclesia tanquam ius continens, quoad omnia in ipso inserta. Nec obstat Pontificem in causis decidendis allegare aliquando decretum. Quia non semper tanquam textus iuris allegatur: sed ad directionem: ut solent Pontifices, & concilium generale Sactorum testimonia referre. Nec defunt auctores hanc partem tuentes, qui dicunt vnicuique Decreti canonici eam auctoritatem ad eam esse, quae auctori eius tribuitur. Hi sunt Ripa. l. 1. nu. 69. ff. si certum petatur. Maioris. 4. d. 27. q. vltim. §. dubitatur an is Caiet. 2. q. 88. ar. 8. dub. vltim. §. ad 1. dicitur quod idem, ubi Aragon. dub. 1. in solutione ad. 2. sine. Sotus lib. 7. de iust. q. 3. art. 1. paulo post principium, verum, haud ergo defunt. Valentia. 2. 2. disp. 6. q. 6. de voto, punto. 6. paulo post principium. §. hinc sequitur de ceptum fuisse. Cum ergo nulla exigendi debiti his temporibus prohibito reperitur, nulla erit culpa exigere. Atque idem hanc sententiam fulminent Glossae. proposuisti. d. 82. verb. praecipit, & c. si causa. 31. q. 4. verb. concessum, & c. fratres, eadem. q. 4. glossa vnica, & c. Christiano, eadem. q. 4. verb. non licet, & verb. à licitis: ubi omnia testimonia ex illis locis desumpta ad probandum non esse petendum debitum diebus feriatis, aut ieiuniorum aiunt Glossae intelligi de consilio. D. Bonau. 4. d. 3. 2. ar. 3. art. 3. q. 2. quibus enim in principio videatur asserere esse culpam, tandem in fine concludit id esse de consilio. Sotus eadem. d. 32. q. vnica; in solut. ad 3. & ibi Ricard. art. 3. q. 1. Maioris. q. 1. argumento. 3. contra. 3. concl. Guiller. Vorrillong. q. vnica, ar. 2. concl. 3. Nicolius de Orbellis. q. vnica. §. 2. Bassolis. q. vnica, art. 3. Guilielmus Rubion. q. 2. ar. 2. fin. Albericus. C. rubrica de Sponsalibus. n. 11. Hieronymus de Zenerinis tract. de foro conscientiae, & contentioso. nu. 141. habetur tom. 3. tractatum. par. 2. Caiet. sum. verb. matrimonium. c. vltimo de peccatis in visu coniugij, vers. septimum caput est. Rossella, verb. debitum. n. 6. Ang. n. 29. Arm. nu. 10. Angles solum, de matrim. n. 1. p. q. 6. de obligatione soluendi debitum, ar. 1. post. §. difficult. dub. 1. & 2. Pedraza summa, praepro. 6. §. 18. Palacios. 4. d. 32. disput. 1. fol. 711. Bartholomaeus à Ledesma de matrim. dub. 71. §. de temporibus autem sacris. Petrus à Ledesma, de matrimonio. q. 94. art. 7. notabilia. Manuel. 1. tomo sum-

ma. 2. editione. c. 243. n. 18. videtur tenere Victoriam summa, de matrimonio. n. 178. agens enim de accessu in magnis festiuitatibus, ait non esse lethalem, & Sanctos consulere quod melius est: atque ita videtur sentire solum esse consilium abstinere. Atque idem ubi petitur causa prolis, aut vitandi incontinentiam, sentit Tiraquellus. l. 115. connubiali. n. 11.

Id tamen apud omnes compertum est, esse culpam lethalem, petere diebus feriatis in festi contemptum. Quis autem dicatur contemptus, non constat. Abulensis c. 5. Matth. q. 23. §. fine, & Supplementum, verb. debitum. §. 6. explicat hunc contemptum esse, idem quod non curare. Sed merito contrarium docent Sylu. verb. debitum. q. 11. dicto. 1. & verb. contemptus §. 1. Tabiena matrimonium. 3. q. 8. §. 9. & verb. contemptus. §. 1. dicentes, tunc esse contemptum legis, quando operans efficit contrarium, ut legi contraueniat, & ne illi subijciatur. Quod in praesenti ita explicat Adrian. 4. q. 14. de matrimonio, & Capua. p. 2. de iurisdictione, lib. 2. c. 12. nu. 18. quando exigens debitum eliceret hunc actum, non abstinere modo, licet Deus praecipisset. Adde etiam contemptum esse, si coniux exigeret, quod festum ipsum parui penderet. Qui contemptus nunquam accidet, nisi in haeretico, aut infideli.

De redditione etiam debiti controvertitur inter Doctores. Quidam enim teste Glossa. 33. q. 4. in summa, verb. quod autem, asserunt petenti causa libidinis futuranda in festis, reddendum non esse. Et Petrop. rub. de Sponsalibus. n. 12. dicit in magnis solemnitatibus, ut in Paschate, exactum coniugale debitum esse denegandum. Et Albertus Magnus. 4. d. 31. art. 23. censet culpam esse venialem reddere, & Cañedo summa sacramentorum, de matrimonio. c. 8. num. 74. ait excusari coniugem à redditione debiti in magnis solemnitatibus. At verissimum est etiam referenda sententia asserenti veniale admitti petendo, nullam esse culpam reddere. Quia circumstantia illa temporis non est tanti momenti, ut debitum ex iustitia solui impediatur. Atque ita Magister. D. Tho. quaestiu. cul. 3. Palud. 4. d. 32. q. 1. ar. 1. n. 11. Supplementum, Henriquez, Verac. ar. 17. ad fine, quos retuli. n. 3. quamuis asserant veniale esse petere, dicunt licere reddere. Idem Albertus Magnus sibi contrarius. 4. d. 33. ar. 8. Anton. rubrica de Sponsal. num. 15. ubi

Alex.

Alex. de Neuo. nu. 23. Imò quocumque die quantumvis solemani debitum exigatur, tenetur coniux reddere. Glossa. 33. q. 4. in sum. verb. quod autem. Palud. 4. d. 32. q. 1. ar. 1. n. 4. D. Anto. 3. p. tit. 1. c. 20. §. 7. Rosel. verb. debitum. n. 5. & ibi Sylu. q. 8. Cai. summa, verb. matrim. c. vltimo. de peccatis in visu matrimonij. §. vltimo est, in fine. Gerson 2. p. regulis moralibus, tract. de mat. alphabeto. 25. litera. I. fine, & in compendio Theologiae, alphab. 27. litera. P. Turrec. c. sciatis. 33. q. 4. ar. 4. nu. 6. Tiraq. l. 15. connub. n. 111. Petrus de Soto lea. 16. de mat. §. sequuntur circumstantiae. Host. relatus nu. 2. Goffred. Ioan. And. Henric. Anton. quos retuli. n. 3. Cardin. c. 2. n. 3. de coniug. leproso. Stephanus Gaeta repet. c. ad limit. na. 30. q. 1. §. 4. num. 174. Viguer. lib. inst. c. 16. §. 7. vers. 10. Ludou. Lop. 1. p. instr. cap. 83. initio, & c. 79. §. peccat etiam. Et quamuis aliqui horum praemittendam mentionem consentit dicunt, quia existimant exigentem peccare. Cuius contrarium nu. 5. diximus.

Ad primum argumentum ex propositis nu. 2. dic. D. Augustinum de consilio loquuntur nec in omnibus equiparare accessum con-

iugalem, concubinariūque. Ad secundum dic non esse simile. Quia locus consecratur ad sola opera sacra, polluiturque accessu coniugali. Quod non inuenitur in tempore sacro. Ad tertium dic cum D. Tho. 4. d. 32. q. vnica, art. 5. quaestiu. cula. 2. ad. 1. non esse puniendam eam foemina, eo quod debitum reddiderit: sed quia conscientia erronea existimabat interdicitum sibi esse post copulam interesse diuinis, & contra conscientiam interfuit. Ad primum ex. n. 3. propositis, Ad. c. proposuisti, die cum glossa. ibi, verb. praecipit, capi pro perfruit, & ad. c. fratres, die cum Glossa vnica, ibi esse consilium, & ad. c. si causa, dicendum cum glossa. ibi verb. concessum, & ad. c. Christiano, die cum glossa. ibi, verb. non licet, capi non licere pro non expedire. Quod manifeste colligitur ex eodem. D. Augustinum subiungente à licitis tunc abstinendum esse. Ad secundum constat ex dictis. n. 6. ubi probauimus testimonia illa sanctorum non habere vim canonis: & esse haberent, loquuntur de consilio. Ad tertium & quartum die vacare orationi, & carnis macerationi esse finem praecipit, qui sub precepto minimè est: vt dixi. n. 7.

## DISPUTATIO DECIMATERTIA.

Verum vacare actui coniugali, die qua recipienda, aut recepta est Eucharistia, culpa sit?

## SYMMARIUM.

Nunquam ex hac causa est mortale, & proponuntur difficultates disputanda. n. 1. Circa culpam petitionis debiti ante communionem, referuntur duae sententiae. n. 2. & 3. Indecens est post copulam coniugalem accedere ad Eucharistiam. n. 4. Est culpa nulla, ubi petitorum est causa prolis, licet in actu venialis miscantur. n. 5. Idem, ubi causa vitanda fornicationis. n. 6. Quando causa voluptatis, est veniale, numero. 7. Qua causa excusetur nu. 8. An coniux à redditione debiti excusetur, ed quod ea die communicatus sit. n. 9. Soluantur argumenta, & enodatur. cap. sciatis. 33. q. 4. & plus obstat communioni copula coniugalis: quam pollutio inualentaria. nu. 10. An coniux reddens arceatur ea die à communionem? Refertur quaedam opinio, nu. 11.

Sententia Auctoris, nu. 12. Non est opus vriduum, aut amplius intercedere post pollutionem, aut copulam. n. 13. Quanta debeat esse mora? Referuntur varia placita, nu. 14. Opinio Auctoris, n. 15. An sit veniale post Eucharistiae sumptionem, petere debitum? Refertur sententia affirmans, nu. 16. Contraria verior, nu. 17.

Scitis consule loquuntur Doctores: Immiscet enim petere, & reddere: & tempus praecedens, ac communionem subsequens: moramque post copulam abstinendum sit. Ideo claritatis gratia, Quatuor difficultates disputanda sunt. Primum de petitione debiti ante communionem. Secundum de redditione. Tertio de mora temporis inter excubium, & communionem. Quarto de extinctione debiti, & redditione post commu-

nio-

nionem.Hoc tamen quasi certum,est sup-  
ponendum,minimè culpà lethalem admit-  
ti ob Eucharistiã receptionem post copu-  
lã coniugalem. Quia nihil sub culpa mor-  
tali eam impedit,nisi capitale peccatũ,aut  
excommunicatio: actus autem coniugalis  
est de se licitus, & ad summum erit venia-  
lis de se alicuius circumstantiã. Quare  
minùs bene Alex.de Neuo rubr. de Spon-  
salibus.n. 28. ait fumentem Eucharistiã  
peccare mortaliter exigendo.

Prima ergo difficultas est. An veniali-  
ter delinquit debitum exigens die qua  
Eucharistiã sumpturus est? Qua in re ali-  
qui existimant absolutè culpam esse venia-  
lem.Ducuntur primò, quia D. Hieronymus  
in apologia ad Pãmach. pro libris cõ-  
tra Iouinianũ, sic inquit. *Illorũ conscientiã  
conuenio, qui eodem die post coitũ, communi-  
cant.* Et idem lib.1. contra Iouinianũ asse-  
rit ad munditiã Corporis Christi omnem  
coitum esse immundũ. Et idem in quodã  
sermone in vigilia Paschatis de usu Agni,  
& refertur.c.fciat.33.q.4. sic inquit. *Qui-  
cunq; vxori debitũ reddidit, vacare non potest  
orationi,nec de carnis Agni comedere debet.  
Item si panes Propositionis ab ijs qui vxores  
suas tetigerant, comedere non poterant, quando  
magis panis, qui de celo descendit, non potest  
ab his qui coniugalibus paulò ante heferũ, am-  
plexibus, violari, atq; conringi.* Secundo,  
quia actus meritorius, & sub lethali obli-  
gãtis, arceat quandoq; ab altaris ministerio,  
propter indecentiã, vt si iudex homicidã  
suspendat. Nil ergo mirũ, si actus licitus de  
bitũ exigendi, ac meritorius, obstat propter  
indecentiã sumptioni Eucharistiẽ. Ter-  
tiò, quia si quãdo culpa veniali admilla ra-  
tione voluptatis intentã, exigere debitũ  
impedit sub veniali sumptione Eucharis-  
tiã, idẽ prorsus dicendũ erit, quando cul-  
pa nulla fuit in ea exactione, sed ad debitũ  
finem relata est. Quia culpa venialis non  
obstat: vt constat. Euagatio autem men-  
tis, & hebetudo ad spiritalia, eadẽ est in  
vtroq; concubitu: absorbet enim mẽtem  
nimia illius voluptas, quocunq; sine exer-  
ceatur. Quartò, quia Oza (vt refertur. 2.  
Regum.c.6.) à Deo percussus est, quòd  
arcã tetigerit. Cuius ratione Hebræi red-  
dunt. Quoniam illa nocte ad vxorem ac-  
cesserat: à fortiori ergo culpa erit ad Eu-  
charistiã post copulam coniugalem ac-  
cedere. Ideo hanc sententiam tuerentur ex  
Theologis, A lensis. 2.p.q.166.mẽbro.2.  
ad.3. ex argumentis priori loco proposi-

tis. Mayronis. 4.d.32.q. vnic. fin. Abul.c.  
5. Matt. q.23. Timotheus Alexan. in suis  
responsionibus. 5. & 13. Nicolaus Ploue  
tractatu sacerdotali. c. de cautelis circa Eu-  
charistiã. Caie. summa, verb. communio  
c.1. de quatuor requisitis ex parte fumen-  
tis, in.4. requisito. Victoria sum. de matri-  
monio. nu. 278. Sotus. 4.d.32.q. vnic. art.  
3. post. 2. conclusionem, vers. vnum tamẽ.  
Petrus de Soto lect. 16. de matrimonio. 5.  
sequuntur circumstantiã. Ledesma. 2.p.4.  
q.66. art. 1. 5. dubitabis tamen. Metina lib.  
1. summa. c. 14. 5. 42. fol. 207. pag. 2. & se-  
quen. Verac. 3. p. Spec. ar. 17. concl. 2. Lu-  
dou. Lopez. 1. p. instruct. cap. 11. 5. in super  
propter, & c. 80. 5. verũ licet. Barth. à Le-  
des. de matri. dub. 71. 5. de tẽporibus autẽ  
sacris. Petrus de Ledes. de matri. q. 64. art.  
7. notabili. 2. Emman. Sa sum. verb. debitũ  
coniugale, fin. Vinald. cand. elab. sacramen-  
torũ. 1. p. de matri. n. 263. Manuel expli-  
cans, licet debiti exactio sit meritoria. 1.  
tom. sum. 2. edition. c. 65. n. 2. Et ex iuris-  
peritis, Glos. c. fciatis. 33. q. 4. verb. debeamus,  
& cap. proposuisti, verb. præcepit. d.  
82. Tabien. verb. communicare. q. 37. 5. 43.  
Arm. verb. communio. n. 5. Matiens. lib. 5.  
recopil. tit. 1. rubrica. gl. 1. n. 112.

Alij autem censent nullam esse culpã.  
Probatur primò, quia pollutio inuoluta-  
ria, in qua reperitur sola culpa venialis, stã-  
tũm de cõsilio impedit Eucharistiẽ sum-  
ptione: iuxta veriorẽ sententiã: quã vitra  
alios defendit Couar. clem. si furiosus,  
de homicid. p. 3. initio. n. 7. ergo à fortiori  
soli cõsiliũ erit abstinere post copu-  
lam coniugalem, quã actus licitus est, à  
sumptione Eucharistiẽ. Secundo, quia ac-  
tus ille cùm licitus ex se sit, non impedi-  
dit: nec si in eo interfit deordinatio aliqua  
venialis, satis est ad impediendum. Atque  
ita tenent Bassolis. 4. d. 32. q. vnica, art. 3.  
Ang. Eucharistiã. 3. n. 30. explicãtis, licet sit  
concubitus illa, culpa venialis. Victoria  
summa, de Eucharistiã. nu. 81. Capua. p. 1.  
decisionum, lib. 2. c. 83. n. 9. fauentq; Na-  
uar. summa. c. 21. nu. 51. Philarcus de offi-  
cio sacerdotis, tom. 1. p. 2. lib. 3. c. vltimo,  
sine, vbi dicunt de honestate sola debere  
abstinere, nec peccare saltem plũs quã  
venialiter.

Prima tamen conclusio est. Conuenien-  
tissimũ est post copulã coniugalem, sine  
petendo, siue reddendo exercitãm, absti-  
nere ea die à cõmunionẽ, idq; consulendũ  
est, nisi iusta aliqua causa oppositum iu-  
deat.

deat. Hęc conclusio ab omnibus admitti-  
tur cõlatq;. Quia in cõsilio Eliberitano,  
& refertur de conse. d. 2. c. omnis homo,  
consultur vt Eucharistiã sumpturus, tri-  
bus, aut quatuor, aut octo diebus præce-  
dentibus à copula coniugali abstinere, &  
D. Aug. serm. 2. 16. & 24. de tempore. to-  
mũ. 10. per totam quadragesimã nõ ac-  
cedere ad vxorẽ cõsulit cõmunicaturo in  
Paschate. Idemq; probant sanctorum tes-  
timonia nu. 2. relata, & Iosephus lib. 17.  
antiquitatum. c. 8. scribit Mattathiã sacer-  
dotem Hierosolymis die quadam solem-  
ni à sacrificio abstinuisse, quòd nocte præ-  
cedenti vxorem cognouisset.

Secunda conclusio. Si debitum petitiũ  
sit re cõ fine, vt causa prolis, nulla est cul-  
pa ad Eucharistiã ea die accedere, sed so-  
lũ est cõsiliũ abstinere, suoq; iudicio  
is coniux est relinquendus, vt pro ratione  
impedimenti, aut spiritalis affectus quẽ  
in se sentiat, aut communicet, aut absti-  
neat. Hanc conclusiõnẽ tradit D. Grego-  
rius responsione. 10. ad interrogaciones  
D. Augustini: & refertur. c. vir cũ propria  
33. q. 4. ibi. *Si quis sua cõiuge non cupidine vo-  
luptatis capus, sed solũ liberorum creandorũ  
gratiã vitæ, de sumendo corporis Dominici,  
sanguinisq; mysterio, suo est relinquendus iu-  
dicio. Quia à nobis prohiberi non debet acci-  
pere.* Vbi glo. verb. prohiberi, ait, idest dis-  
suaderi. Eandem docent A lens. 4. p. q. 47.  
mẽbro. 2. vers. ad illud quod obijcitur. Al-  
ber. Mag. 4. d. 32. art. 12. D. Th. 3. p. q. 80.  
ar. 7. ad 2. D. Bona. 4. d. 1. ar. 2. q. 3. ad fin.  
n. 92. Palu. 4. d. 9. q. 3. ar. 2. n. 13. Gabr. lect.  
10. in canonẽ missæ, liter. N. vers. de pri-  
ma obiect. Gers. 2. p. tract. de præparati-  
one ad missam, & pollutione nocturnã cõsi-  
der. 8. alphas. 37. liter. Z. Adrian. 4. de Eu-  
charis. q. 4. restat itẽ videre an propter corpo-  
ralẽ immunditiã, in solutione ad. 2. ratio-  
nẽ. Tur. 11. d. 6. n. 4. in solũ ad. 2. D. Ant.  
3. p. tit. 13. c. 6. 5. 10. Rol. verb. cõmunicã-  
re. n. 8. Syl. Eucharistiã. q. 11. 5. 13. Carthu.  
4. d. 32. q. vnic. fin. Sor. sub dubio, dicit e-  
nim fortẽ nõ esse veniale. 4. d. 11. q. 1. ar. 7.  
ad fin. Anto. Cuc. lib. 5. inlti. maio. tit. 5. n.  
165. lect. 1. p. 4. q. 21. ar. 7. dub. 4. fin. Sua-  
rez. 3. p. q. 80. ar. 8. dispu. 68. sect. 2. ad fin.  
Bartholo. à Ledesma, dub. 24. de Eucharis-  
tia, concl. 2. ad finem. Ang. florib. 1. p. de  
marrimonio. q. 6. de obligatiõne solvendi  
debitum, ar. 1. post. 5. diff. dub. 2. Et Lu-  
dou. Lopez. 2. p. inlt. de Eucharis. c. 76. 5.  
porro quoniam, Beia summa, casu. 8. & in

hac cõclusiõne cõuenimus cũ DD. 2. sen-  
tentia. n. 3. relatis, & ratio est. Quia licet  
in copula cõiugali intercedat voluptas, &  
corporalis immunditiã, cũ hęc accidãt ob  
bonũ prolis, quod est reatus finis, & voli-  
tus à Deo, rationi illi indecentiã præpõde-  
rat, vel certè illã adæquat, cõpensatq; bo-  
nũ, ac honestas prolis. Et credo verã esse  
hanc conclusiõnẽ, licet in copulã progres-  
su miscãtur aliqua venialia, seruatõ tamẽ  
debito fine. Quia adhuc pẽrmanet bonũ  
prolis intentũ præpõderans, aut ad equã-  
s: & cum difficillimũ sit in medio ignis mi-  
nimè ardere, vitareq; in eo actu culpã ve-  
nialẽ, non ob id arcedũ est coniux nõ cõ-  
municet. Atq; in hoc euentu admittõ sen-  
tentiam Angeli. n. 3. relata.

Imò idem existimo, vbi finis cõcubitus  
non esset proles, nec voluptas: sed in cõ-  
tinentiã periculũ euitare. Quia ad summũ  
est culpa venialis in fine, & cùm voluptas  
minimè domineatur, sed continentia, ser-  
uandãque fidei marimonialis amor, non  
ita mens absorbetur, inueniturque ratio  
præpõderans, vel saltem adæquans, & cõ-  
pensans. Atq; ita docent Maioris. 4. d. 32.  
q. 1. argumento. 3. contra. 3. conclusiõnẽ,  
explicans, licet habeatur copula ad vitan-  
dam in coniuge petentẽ incontinentiam.  
Gerson. n. præcedenti citatus. 3. d. 1. n. 112.

Tertia conclusio. Debitum coniugale  
exigens ex nimia carnis concupiscentiã, &  
voluptatis capiendẽ gratiã, regulariter cul-  
pã venialẽ admittit accedens post eã copu-  
lã ad Eucharistiã. Quia oritur magna di-  
stractio, mentisq; hebetudo, deficienti bo-  
no præpõderante, aut cõpensante, & cer-  
tè saltẽ in hoc euentu intelligẽda sunt san-  
ctorũ testimonia. n. 2. relata, & D. Grego-  
rius. nu. 5. allegatus, solũ vbi causa prolis  
fuit petitiõ, admittit petentẽ suo iudicio  
relinquendũ esse. Hanc tenent omnes Do-  
ctores. n. citati. D. Thom. D. Bonau. Pa-  
lud. Gab. D. Anton. Rofelia, Syl. Turcẽ.  
Sotus; Ledesma. Anton. Cucis. nu. 116.  
Suarez, Barthol. à Ledesma. n. 5. allegati.  
Ludou. Lopez, Beia ibi etiam relatiõnẽ.

Quarta conclusio. Possunt aliquẽ iusta  
causã adesse, quẽ indecentiã illã refarciãt,  
atq; ita nulla sit culpa accedere tũc ad Eu-  
charistiã. Conueniunt in hac omnes DD.  
Primã causa est, magna festi solemnitãs, in  
qua est decensissimũ ad Eucharistiã acce-  
dere. Tabie. verb. cõmun. q. 77. 5. 43. Secũ-  
da est, si dies sit iubilẽ, exigatq; cõmuniõ  
nẽ, quòd cõparetur. Enriq. lib. 8. de Eucha.

c. 51. n. 3. Tertia est specialis deuotio, preparatio; ad communionem. Sic Ludou. Lopez. 1. p. instruct. c. 11. §. in super propter Rosell. & Syl. n. 5. allegat Ar. verb. communio. n. 5. Medina lib. 1. sum. c. 14. §. 42. Bartholom. à Ledesma dub. 24. de Eucharistia, concl. 2. Quarta est, nota aliqua ex eo quod cōmūio omittatur, vt si sit forēna, famulæq; vidētes ipsam cōfiteri, ac minime cōmunicare, aliquid mali suspi cabūt. Similiter si sit vir, solitusq; frequēter confiteri, & quoties cōfiteretur, Eucharistia recipere; notabuntq; famuli qui ipsum comitantur, tunc factum esse, & ab Eucharistia abstinuisse. Tandē, cū in perceptione Eucharistia post talem copulā, sit ad summā culpā venialis, & adhuc sub iudice sit numerā interstit, existimo non nisi rem hanc cōstringendam, nec vrgētissimam causam expectādam, sed mediocrem sufficere, quo coniux communicans à veniali culpa excusetur.

Id tandem animaduertendum duco, minime eximi coniugem à debiti reddendi obligatione; eò quod illa die Eucharistia recepturus sit. Quia obligatio hæc ex ipsa iustitia lege oritur, nec inuenitur ius aliquod hūc casum excipiens. Quod argumētum vult Alex. III. c. 2. de cōiugi. pro ad probandū cōiugi leproso reddendū esse. Atq; ita docent Alesis. 4. p. q. 47. memb. 2. vers. ad illud quod obijcitur. Ricar. 4. d. 9. ar. 2. q. 3. fin. vbi Palud. q. 3. art. 2. nu. 14. Guillelmus Vorillon. ibi. q. vnic. artic. 2. concl. 9. Caic. sum. verb. matrimonium, c. vltim. §. primus est, in fin. Petrus de Soto lectione. 16. de matrimonio. §. sequuntur circūstantiæ, Henrici. lib. 8. de Eucharist. c. 51. n. 3. Suar. 3. p. q. 80. ar. 8. disp. 6. 8. section. 2. §. 2. intelligitur. Ludo. Lop. 1. p. instruct. c. 83. initio. vbi bene addit cū Sot. 4. d. 3. q. vnic. art. 3. post. 2. concl. vers. vnum tamen, debere coniugem antequā reddat, petitionem honestis, ac moderatis precibus, & executionibus repellere. Nō tamen existimo ad id teneri; imò aliquando non erit sanum consiliū, quod circūstantiæ occurrentes docebunt, quādo expediat, nec ne. Insuper ex iurisperitis tenent idē, Glof. c. omnis homo, verb. abstinere, de consecr. d. 2. vbi & Turre. n. 3. eadē glof. c. propoluiti, verb. precept. d. 82. Alex. de Neou rubrica de Sponsal. nu. 28. Ang. Eucharistia. 3. fin. Nau. sum. hispana c. 16. n. 24. Quare audiendus nō est Caudedo summa sacramentorū, tract. de matrim.

c. 8. n. 75. excusans coniugem à debito reddendo, quando communicatur esse.

Ad primū argum. ex propositis. n. 2. die duo priora testimonia intelligi, aut de cōfiliō: aut certē de culpa veniali, quando præcis faciendi iustitia causa volupatatis. Ad c. sciatis, respōdet D. Tho. 4. d. 32. q. vnic. art. 1. ad. 1. sermōne ibi esse de Ecclesiæ ministris coniugatis, quales sunt Græci, quibus interdicitur esse celebrare die, quā ad vxores accedūt. Vel dic cū Archid. eo. c. sciatis. n. vnic. id esse consiliū. Ad secundum neganda est consequētia. Quia id in ministris altaris institūtū est ob maximū illius muneris dignitatem: sicut etiā ipsis coniugium interdicitur. At in petitione debiti coniugalis id non reperitur prohibitum respectu Eucharistia recipiendæ. Ad tertium constat ex dictis. nu. 5. & 7. nā in priori casu non est tanta mentis euagatio, ad estq; bonū præponderans, aut cōpensans. In posteriori autē, illa est maior, & hoc desideratur. Ad quartum dic non eam fuisse causam, sed quia cū feceris minime esse, temerē arcam tangeri, quod solis sacerdotibus permittebatur. Sic D. Tho. 4. d. 19. q. 2. art. 2. quæstiūcula. 3. ad. 3. Vel teste Abul. 2. Regum. 6. q. 10. quod modica reuerentiā, & quasi rem profanam, arcam tetigerit. Ad primū ex propositis n. 3. die maiorem obstandi rationem inueniri in actu cōiugali, quā in pollutione in voluntaria: vt bene docent Suarez, & Henricus nu. præcedenti relati. Quia est actus voluntarius, & in potestate hominis constitutus, ac proinde magis metēm absorbet, & à spiritualibus auocat. Ad secundum dic nec solum actum coniugale, nec solum culpam venialem obstarē, sed verūque: quia nullum adest tunc cōpensans bonum, euagationem mentis ex copula confurgentem, vt explicui. n. 7.

Secunda difficultas. An coniux reddēs debitum teneatur sub veniali, eadē à cōmunionē abstinere: Affirmat aliqui. Quia is accessus licet debitus, non minus mentem à spiritualibus auocat, ipsamq; absorbet, quā debiti spontanea petitio. Ita videtur sentire Caiet. summa, verb. matrimonium cap. vltimo. §. primus est, in fine. Tabienā, verb. communicare, quæst. 37. §. 43. Victoria summa, de matrimonio, num. 278. generaliter enim, ac indistincte dicit esse venialem culpam post concubitum vxorū communicare. Et docent in testimonis Ledesma. 2. par. 4. quæst. 66. artic. 1.

§. dubitabis tamen. Manuel. 1. tomo summa. 2. editio. c. 65. n. 2.

Ceterum dicendum est nullam esse culpam, quamuis optimum consiliū sit tūc abstinere iuxta dict. n. 4. Quia adest bonū faciendi iustitia debito, quo volupatatis illa cōtus, & mentis euagatio inde orta, præponderat, vel certe adæquat: ac per hoc constat solutio argumenti contra rī. Quare is coniux suo iudicio relinquendus est, sicut. n. 5. diximus de petente causæ proli: imò à fortiori de coniuge reddente id faciendum est, ille enim agū spōtanēum, hic verò necessariū extret. Atq; ita docent. D. Tho. D. Bonau. Palud. Gabr. D. Anton. Rosella, Sylu. Suarez, Bartholom. à Ledesma, quos. n. 4. retuli. Alesis. 2. p. q. 66. memb. 2. ad. 3. ex argumentis priori loco propositis, & membris. 3. ad. 3. Albertus Magnus. 4. d. 32. ar. 16. & ibi Carthusianus. q. vnic. sine. Basolis. q. vnic. art. 3. Glof. c. sciat. 3. q. 4. verb. non potest, & verb. de beatiss. & ibi Turre. art. 6. nu. 9. & idē Turre. c. 2. num. 3. ad. 2. d. 6. Alesis sum. 2. par. lib. 8. tit. 10. ar. 4. q. 17. Adrianus. 4. de Eucharistia. q. restat videre an propter corporalem munditiam, in solut. ad. 2. rationem. Gerlon. 2. p. tract. de preparatione ad. missam, considerat. 8. alfab. 3. 7. litera. Z. Sotus. 4. d. 12. q. 1. ar. 7. ad finem. Maioris. 4. d. 32. q. 1. argumēt. 3. contra. 3. concl. Verac. 3. p. Speculi, ar. 17. ad finem. Manuel. 1. tomo summa. 2. editio. c. 243. n. 18. Ludouicus Lopez. 1. p. instruct. cap. 80. §. verum licet. Capua. p. 1. decisionum, lib. 2. c. 83. n. 9.

Tertia difficultas. Quanta temporis mora præscribenda sit, vt post coitū coniugale decēter ad Eucharistia accedatur, & absq; culpa veniali, casu quo culpa est accedere? Illud tanquā certū supponendū est morā de qua memōit conciliū Eliberitanū, & D. Aug. quō. n. 1. retuli, non esse necessariam, sed tantūm sub consilio: atq; id fatētur omnes citandi Doctores.

Varia ergo tēpora præscribuntur. Quidam vtrinq; quatuor horarū spatū à copula transectū esse petunt. Quia Leuitici 15. & Deuteronom. 23. id tempus definitur prolustrationi pollutū: eoq; spatio elapso iā non censetur moraliter præsens ea imunditia. Atq; ita agētēs de nocturna pollutione tradunt Alesis. 4. p. q. 47. memb. 1. ar. 1. corp. statim in principio. D. Thom. 4. d. 9. q. vnic. ar. 4. quæstiū. 2. corpore, fin. Albertus Magnus. 4. d. 22. art. vlt. Angles

florib. 1. p. de Eucharist. q. 2. de suscipiētib; eam, art. 5. initio, concl. 3. Turre. c. 1. n. 7. d. 6. & sub dubio Palud. 4. d. 9. q. 3. ar. 1. n. 11. & quando copula est peccatū mortale, docent idem, Ang. Eucharistia. 3. nu. 29. & Nau. summa. c. 21. hispane. nu. 30. Latine. n. 51. & c. 2. hispane. nu. 95. Alij verò tantam delūderā moram, negant. Quia nulli solido fundamento innititur, Sic D. Anton. 3. part. 13. c. 6. §. 10. fin. Ang. Eucharistia. 3. nu. 29. limitans vbi copula nō est mortalis. Adria. 4. tract. de Eucharist. q. restat videre an propter corporalem imunditiam, in solutione ad. 3. principale. Sor. 4. d. 12. q. 1. ar. 7. ad fin. vers. quod si quæras. Petrus de Ledesma summa de sacramētis, tract. de Eucharist. c. 13. concl. 1. fin. & sub quadam disiuñtione idē docent Palud. & Victoria: vt statim referā. Non tamen inter hos conuenit quæta debeat esse mora. Quidā existimant sufficere vt copula nō accedat intra eundē diem naturalem à media nocte incipientem. Ita agētēs de pollutione nocturna tradit Adria. D. Anton. Ang. proximē citati, & Palud. 4. d. 9. q. 3. ar. 1. n. 11. sub disiuñtione idē dicit. atq; enim eā impedire, si citra mediā noctē accedat, vel fortē si intra viginti quatuor horas. Idē videntur tenere alij Doctores, qui explicates quādo cōmūio post actū coniugale, culpa venialis sit, dicitū cōtingere, quando ea die habitus est. Ita Cai. summa, verb. cōmūio. c. 11. de requisitis ex parte sumētis, in. 4. requisito. Nau. sum. c. 21. n. 51. Anton. Cucus lib. 5. in sit. maiorum, tit. 5. n. 116. Verac. 3. p. Speculi, ar. 17. cōcl. 2. Bartholom. à Ledesma dub. 24. de Eucharistia, concl. 2. ad finem. Alij explicat, quādo pridie communionis copula cōiugalis habitā est. Sic Medina lib. 1. sum. c. 14. §. 42. Manuel. 1. tomo summa. 2. editio. c. 65. num. 2. Bartholomæus à Ledesma, de matrimonio, dub. 71. §. de temporibus autē facris. Ludou. Lopez. 2. p. instruct. c. 83. in super propter. Tandē alij explicat, quādo nō est præcedenti exercita est copula coniugalis. Ita Victoria summa, de matrim. n. 278. Sotus. 4. d. 32. q. vnic. ar. 3. post. 2. concl. vers. vnum tamen. Manuel. 1. tomo summa. 2. editio. c. 243. n. 18. & de pollutione mortali dicit disiuñtū Victoria summa de Eucharistia. n. 81. abstinendum esse post illam, vsq; ad diem sequentem, vel vsq; ad viginti quatuor horas.

Sed existimo certam morā præscribi minime posse. Quia cū mētis euagatio, & he

betudo ex pollutione, aut ex copula con-  
surgens, impedimenti illius Eucharistia  
suscipiendae causa sit, alij autem tardius, alij  
citius ea expulsa se se colligant, ad pristi-  
naeque; metis tranquillitatem redeant, ea po-  
tius regula statuenda est, vt quoadu men-  
tis illa euagatio perseuerat, duret impedi-  
mentu, & indeceta, cessanteq; illa, cesset.  
Atq; ita docet Gabr. le d. 10. in canonem  
missae, litera. M. vers. tertiu ostenditur. Ger-  
son. 2. p. tra. de preparatione ad missam,  
& pollutione nocturna, colid. 7. alpha. 37.  
liter. Y. Maior. 4. d. 9. q. 2. ad fin. Suar. 3. p.  
q. 80. ar. 8. disp. 68. se. 2. §. 2. dicendū est.  
Credo tamē nunquā transacto viginti qua-  
tuor horarū spatio, imō si nōcēte praecedi-  
ti non habitū sit copula, hac ratione absti-  
nendū esse ab Eucharistia. Quia iam mora  
liter nō censetur praesens, nec tandiu mē-  
tis euagatio durare solet: minor tamē mo-  
ra sufficit in his qui facilius se colligunt:  
ad quod principaliter attendendum est.  
Aliqualem autem temporis moram praes-  
criplimus: quia nonnulli serupulosis agitati  
se pacato animo, & a perturbatione vac-  
uo esse non arbitrabuntur. Alij vero ea  
sunt mentis euagatione, ac ita rebus secu-  
laribus implicati, vt nunquam ad se re-  
deant, quare est necesse his aliquam mo-  
ralem praescribere moram, seruata regu-  
la vt principaliter attendatur. si resiquae  
illa pollutionis, ac copulae maneant ad-  
huc, nec ne.

Quarta difficultas. An post communio-  
nem liceat ea die petere debitum? (de re-  
ditione enim diximus. n. 9. in omni tēpo-  
re ea licita esse, ac obligare.) Quidā cen-  
sent esse culpā veniale. Videur enim inde-  
cēs ea die nō abstinere. Ita Ang. verb. Eu-  
charistia. 3. fin. Vivald. d. candel. sacram. 1. p.  
de matrimonio. m. 263. Beia sum. casu. 8.  
& videntur tenere Palud. 4. d. 9. q. 3. art. 2.  
concl. 3. n. 14. D. Ant. 3. p. tit. 13. c. 6. §. 10.  
Syl. Eucharistia. 3. q. 11. §. 13. Turre. c. scia-  
tis. 33. q. 4. n. 13. vbi dicunt die communio-  
nis exigendum non esse debitum, ac non  
esse culpam mortale: additq; Palud. licet  
causa prolis petatū: cuius contrarium do-  
ceat idem Turre. c. omnis homo, de conse-  
sec. d. 2. n. 3. asserens ob delectationem pe-  
ti non posse ob sacramenti reuerentiam,  
secus causa prolis. Idē videntur tenere An-  
ton. rubrica de sponsal. n. 16. & ibi Alex.  
de Nemo. n. 28. dicunt enim recipientem  
Eucharistiam, licet reddere, non tamen  
exigere: & aperte loquuntur post commu-  
nionem. Quia immēdiatē transaerant de  
communicato.

Verius tamen existimo, nullū esse culpā,  
quāvis tamē consiliū sit ob Eucharistiae re-  
uerentiā abstinere. Quia nullibi inuenio  
prohibitionē, nec indecentiā, quae culpam  
constituit, & ita sentit Tabic. verb. comu-  
nicare. q. 37. §. 43. Vid. sum. de Eucharist.  
n. 81. videntur tenere Nau. sum. c. 2. n. 51.  
& clarius summa hispana, cod. c. & nu.

### DISPUTATIO DECIMAQUARTA.

Verūm ratione excommunicationis vtriusque, vel alterius coniugis reddatur copula conjugalis illicita.

#### SUMMARIUM.

Q uot sint quaestiones disputandae. nu. 1.  
Vxor potest participare cum viro excom-  
municato. n. 2.  
Nil refert, si tempore initi matrimonij norit  
ipsum esse excommunicatum. Vt si ipsa pa-  
ruerit sit excommunicata. n. 3.  
An possit in omnibus rebus participare cū vi-  
ro excommunicato. nu. 4.  
Quid, in diuinis. nu. 5. Et quid, si vir sit exco-  
municatus cum participantibus. nu. 6.  
An possit excommunicatus interdicerē vxori par-  
ticipationem cum viro. nu. 7.  
Quid, si sit sponsa de praesenti, aut futurū. nu-  
mer. 8.

Quid, si excommunicatio lata sit in causa ma-  
trimonij, quia illicitum est. nu. 9.  
An vxor participans in crimine cum viro ex-  
communicato, incurrat excommunicationem. nu. 10.  
Quid, si diuortium sit. nu. 11.  
An possit participare cum excommunicatis,  
cum quibus vir communicat, vt si vir exco-  
municatum inuenerit, possit vxor eidem inter-  
dicerē mensuram. nu. 12.  
An vxor teneatur participare cum viro excom-  
municato. nu. 13.  
An vir possit participare cum vxore excommu-  
nicata? Refertur duplex sententia, nume-  
ro 14. & 15.

Sententia Auctoris. n. 16. & ibi, si vir negli-  
gat vxorem corrigere, an peccet, & incur-  
vat excommunicationem minorem? Et lex  
vtriusque verbis gratia frequentioris vsus, non  
excludit casus similes.

Soluuntur argumenta: & enodatur. c. de filia.  
27. q. 1. n. 17.

An coniux non excommunicatus possit petere  
debitum, & teneatur excommunicatus red-  
dere. nu. 18.

An excommunicatus possit petere? Refertur  
quedam sententia. n. 19.

Sententia Auctoris. n. 20.

An excommunicato petenti teneatur alter red-  
dere. nu. 21.

Quid, si vterque sit excommunicatus. nu. 22.

An coniux excommunicatus possit petere con-  
iugem, quo spoliatus est? Refertur quedam  
sententia. n. 23.

Sententia Auctoris. n. 24.

An vxor possit dotem repetere à viro persisten-  
te in excommunicatione? nu. 25.

**P**raemissis aliquibus, quae certiora  
sunt: quatuor breuiter quaestiones  
disputabo. Prima est, An vir possit  
cū vxore excommunicata partici-  
pare. Secunda, an coniux excommunicatus pos-  
sit debitum exigere. Tertia, an possit pete-  
re coniugem, quo spoliatus est? Quarta, an  
propter viri pertinaciā in excommunicatione  
persistenti, possit dos repeti?

**1** Prima conclusio. Vxor minimē teneatur  
abstinere à participatione cum viro exco-  
municato. Haec admittitur ab omnibus, &  
habetur expressē. c. quoniam multos. 11. q.  
3. quod est Gregorij. VII. libi. Quonia multos  
pro causa excommunicationis perire quati-  
die cernimus, partim ignorantia: partim sim-  
plicitate: partim timore: partim etiam ex ne-  
cessitate. Deuicti misericordia ab anathema-  
tis vinculo hos substrabimus: videlicet, vxor-  
es. Et in versiculo celebri relato à Glos-  
sa. c. cum desideres, de sent. excom. verb.  
penam, continenti casus in quibus excu-  
satur participans cū excommunicato, clau-  
ditur hic in particula, Lex; quam vniuersi  
de lege matrimonij expliçant.

**2** Nec refert, si vxor tempore, quo virum  
duxit, ipsius excommunicationē norit, nec  
ne. Vel si vxor pariter sit excommunica-  
ta. Potest enim in vtroque euentu, hoc pri-  
uilegio frui. Quia textus nō distinguit: &  
ratio in ipso tradita, ne animae pereant, dū  
coniuges cohabitantes, & tam arcto vincu-  
lo constricti, necessitate quasi coacti, par-

ticipant, in vtroque euentu locū habet. Ar-  
que ita docet Vgolinus de excommunica-  
tione, tabula. 2. c. 23. §. 6. n. 1.

Haec autē cōmunicatio vxori permisa  
cum viro excommunicato, non tantū est  
in debiti conjugalis petitione, & reddito-  
ne: sed & in omnibus alijs humanis obse-  
quijs, ac commercio. Quia omnis partici-  
patio cū excommunicato interdicta est. c. fi-  
cut Apostoli, cū multis sequent. 11. q. 3. à  
qua regula ibi. c. quonia multos, vxor ge-  
neraliter, & indistinctē excipitur. Quare  
nō est cur coerceatur ab aliqua viri cōmu-  
nicatione abstinere: eod vel maximē, quod  
eius non distinguat, nec nos distinguere  
debemus. l. de pretio. ff. de publiciana. Et  
ita sentiunt Host. summa tit. de sentent.  
excommu. §. Quae sit poena participantū  
n. 15. vers. lex excusat. Palud. 4. d. 18. q. 6.  
art. 2. n. 3. Gab. ibi. q. 3. art. 1. notab. 3. Tur-  
rec. d. c. quoniam, paulo post principium.  
Nau. summa hispana. c. 28. additioe ad n.  
27. c. 27. Enriquez lib. 13. de excommuni-  
c. 22. n. 2. Vgolinus relatus. n. praecedenti  
Manuel. 1. tomo summa. 2. edition. c. 82.  
n. 13. Petrus de Ledema summa sacramen-  
torum. c. 7. de excommunicatione, casu. 2.  
Vivaldus candelabro sacramentorum. p. 2.  
de excommunicato. nu. 100. Emmanuel Sa-  
summa verb. excommunicatio. c. 1. ad fin.  
vers. excusant communicantem. Et nimen-  
de hoc dubitamentū vidi.

Imò eadem ratio probat in diuinis etiā  
esse licitam eam participationem. Cū ge-  
neralis sit exceptio, vt vxor minimē com-  
prehendatur sub praecipito participatio-  
nem cum viro excommunicato interdici-  
ti. Quod sustinent Nauar. Henriquez eo-  
n. 2. in commento, litera. I. Emmanuel Sa-  
n. praecedenti allegati. Et fauent Turrec.  
& Vivaldus ibi allegati, docent enim ge-  
neraliter in omnibus participationem esse  
permissam. Et mihi valde placet, quan-  
uis non me lateat oppositum probari à Ca-  
ietano summa, verb. excommunicato, ad  
finem. c. participatio cum excommunicatis,  
in quibus casibus permittatur, statim in  
principio: & Armilla eodem verb. numer.  
44. dum dicunt extra diuina licere partici-  
pationem cum excommunicato, in casu-  
bus contentis in eo versiculo: Vtile, lex, hu-  
mile, res ignorata, necesse. Quod dicit esse  
tutius Henriquez lib. 13. de excom. c. 22.  
n. 3. fin.

Neque iudice excommunicante virum,  
& cum eo participantes, censetur vxori

interdicta participatio. Quia ea sententia solos ligat eos, qui extra casus permittos communicant. Sic docet Socinus. c. inter alia. nu. 69. & nu. 125. de sententia excom. Vgolinus de excommunicatione, tabula. 2. c. 23. §. 6. n. 3.

7 Possent tamen excommunicari, ob viri pertinaciam interdicere uxori participationem cum viro, non quoad debitum coniugale, quæ obligatio ex ipso iure naturæ confurgit: sed quoad humanum coniugium, ne, videlicet, cum ipso loquatur, aut eodem mensæ adsit, &c. Ita Palud. 4. d. 18. q. 6. ar. 2. n. 6. vbi Gabriel. q. 3. ar. 1. nota bili. 3. ad finem.

8 Vtrū autem hoc privilegio gaudeat sponsa de præsentibus, respectu sponsi excommunicati, non constat. Vgolinus de excom. tabula. 2. c. 23. §. 6. nu. 4. negat. Dicitur, quia c. quoniam multos. 11. q. 3. concedens hoc privilegium, de vxore loquitur, cuius appellatio sponsa non continetur. l. si qua §. 1. & sequenti. ff. de ritu nuptia. Præterea, quia sponsa cum sponso non excommunicato habitare non potest: vt cavit Trident. sess. 24. c. 1. de matrimo. vers. Præterea eadem sancta Synodus: nedū cum excommunicato. Sed quamvis id de sponsa de futuro libenter admittat: at vbi sponsa est de præsentibus, contrarium approbo. Tum, quia in fauorabilibus, quale est decretum excipiens vxorem, cum ad vitanda animarum pericula editum sit, vxoris nomine, sponsa de præsentibus venit (vt probauit lib. 1. numer. 3.) Tum etiam, quia per matrimonium nondum consummatum facta est mutua corporum traditio inter coniuges, & ad cohabitandum, aliaque obsequia sibi astricti sunt, atque ideo si à participatione arceantur, maximo expositi sunt periculo: cuius euitatio fuit decisionis. d. capit. quoniam multos: vt ibi habetur. Nec est verum Tridentinum eo in loco interdicere sponsis de præsentibus cohabitationem, sed solum monere ne ante benedictiones in templo suscepris cohabitent: quare id vel solum consilium est, vel ad summum, vbi causa iusta deficeret, esset veniale, si consummarent tunc matrimonium: at potest esse sponsa de præsentibus, nondum cognita, post diuinas benedictiones. Quare ergo ab ea participatione arcebitur? Et ideo sententia eodem privilegio gaudere sponsam de præsentibus respectu sponsi excommunicati, etiam nondum benedictionibus Ecclesiæ susceptis. Non enim à cohabita-

tione, & mutuis obsequiis tunc accentur, sed à copulā, ad summum, & hoc si causa iusta adsit: imò nec tunc sub culpa aliqua, vt probauit lib. 3. disp. 12. numer. 7. vbi dixi etiam esse consilium aliquando consummare.

9 Secundā conclusio. Aliqui sunt casus, in quibus non licet vxori participatio cum viro excommunicato. Primus est, quando excommunicatio esset lata in causa matrimonij, de cuius valore lis penderet: ob idque coniugibus interdictum esset matrimonio vt, gratia vitandi fornicationis periculum. Quia tunc communicatio in magnam animarum periculū cederet. Sic Hostiensis summ. tit. de sententia excom. §. quæ sit pena participatiu. n. 15. vers. lex excusat. Palud. 4. d. 18. q. 6. ar. 2. nu. 3. vbi Gabriel. q. 3. ar. 1. notab. 3. vers. lex Athesis summ. 2. par. lib. 7. tit. 12. q. 4. D. Anton. 3. p. tit. 25. c. 1. §. 1. vers. 2. excusat. Aug. excommunicatio. 8. n. 7. Rosel. excommunicatio. 6. num. 4. Sylu. excommunicatio. 5. n. 4. vers. 2. excusat. Tabien. excommunicatio. 8. n. 9. vers. 8. Arm. verb. excommunicatio. n. 45. Sotus. 4. d. 22. q. 1. ar. 4. concl. §. casu. 2. Gregor. Lopez. lib. 3. q. 4. verb. à ella, tit. 9. p. 1. Vgolinus de excommunicatione, tabul. 2. c. 23. §. 6. n. 4. Capua. p. 1. decisionum, lib. 4. c. 13. n. 7. Ludou. Lopez. 2. p. in instruorij, de excommunicatione. c. 16. §. præterea vers. culū. Henriquez lib. 13. de excommuni. c. 22. n. 2. Barthol. à Ledesma de penitentia, vbi de excommunic. dub. 11. casu. 2.

10 Secundus casus est. Vbi vxor vellet participare esse criminis ob quod lata est excommunicatio in virum. Ea enim participatio nullatenus est permissa. Habetur expresse, cap. inter alia, in fine, de sent. excom. vbi Glossa finalis rectè aduertit, vxorem sic participantem incurere excommunicationem maiorem latam in sic participantem cap. nuper, & cap. si concubine, de sent. excom. in omnibus ijs casibus, in quibus à quouis alio sic participante contraheretur. Quia nullo in hoc euentu gaudet vxor privilegio.

11 Tertius est. Vbi coniuges diuortio separati essent. Quia cum ob id vxor à viro separata sit, ab eiusque obsequiis liberata, iure optimo non habet tunc locum dispositio c. quoniam multos. 11. q. 3. sic sentiunt Ioan. And. c. inter alia. n. 4. de sentent. excom. Anchar. c. statumus. n. 4. eodem tit. in. 6. Vgol. de excom. tabul. 2. cap. 23. §. 6. num. 4. Verūm credo non obstanti excō-

muni

municatione posse coniuges illos reconciliari, atque ita communicare. Quia re vera manet vxor, & licet diuortij perseverat, nequeat cū viro excommunicato participare: excommunicatio non impedit reconciliationem, quæ ea seclusa possit fieri: & ea facta iam ad mutua obsequia tenetur.

12 Nequit autem vxor participare cū excommunicatis qui simul cum viro sunt. Quia solo privilegio participandi cū viro excommunicato, ob matrimonij vinculū, fruuntur. Ita Palud. 4. d. 18. q. 6. ar. 2. nu. 4. Arm. verb. excommunicatio. n. 45. Vgolin. n. præcedenti citatus. Ex quo deducitur, viro cedente cū excommunicato, non posse vxorem eidem mensæ accumbere. Ne cū excommunicato participet. Sic Athesis. 2. p. summa. lib. 7. tit. 12. q. 5. Monal. summa, tract. de excommunicatione, tit. in quibus casibus quis possit excommunicato participare, vers. ite licet vir. D. Anto. 3. p. tit. 25. c. 1. §. 1. vers. 2. excusat. Role. excommunicatio. 6. n. 5. Ang. excommunicatio. 8. n. 9. Syl. excommunicatio. 5. n. 4. vers. 2. excusat. Tabien. excom. 8. n. 9. vers. 8. Henric. lib. 13. de excom. c. 22. nu. 1.

13 Tertia conclusio. Vxor non tantū potest esse cū viro excommunicato, sed ad id tenetur, & ad ea præstanda obsequia, ad quæ ante excommunicationem astricta erant. Ita explicās c. quoniam multos. 11. q. 3. declarauit Inno. 3. c. inter alia, de sentent. excom. & docet ibi Ioan. And. n. 3. Abb. n. 3. Felin. n. vnic. vers. nota vltimus. Henric. n. 7. Vgoli. de excommuni. tabula. 2. c. 23. §. 6. n. 3.

14 His præmissis. Quæstio prima est. An similiter vir possit participare cum vxore excommunicata? Triplicem inuenio sententiam. Prima docet non posse vltra debitū coniugale. Dicitur primò, quia c. quoniam multos. 11. q. 3. vbi id privilegium cōceditur, de solis vxoribus fit sermo. Et quamvis vir & vxor sint correlatiua, ac proinde dispositū in vxore, censeri videatur dispositū in viro. at non est eadē ratio, quod ad veritatē illius regulæ desideratur. Vir enim est caput, ac proinde tenetur vxorē corrigere, quod ab excommunicatione recedat, & diuini minime præstat, ab eius communicatione abstinere. Secundò probatur ex. c. de filia. 27. q. 1. quod est ex concilio Martini Bracharēsis. c. 30. vbi pater clericus esse prohibetur cū filia Deo dicata, quæ nupti: ergo nec vir esse potest cū vxore excommunicata. Ita glo. d. c. quoniam multos, vers. vxor res, vbi Archid. n. vnic. vers. in Glossa, sed

nūquid Goffr. sum. rit. de sentent. excom. n. 30. Ioan. Monac. c. statumus. n. 2. vers. cōtra dic, de sentent. excom. in. 6. Hostien. sum. tit. de sentent. excom. §. quæ sit pena participatiu. n. 15. vers. lex excusat. Athesis. 2. p. summa. lib. 7. tit. 12. q. 4. Henric. c. inter alia. n. 5. de sentent. excom. Additio-nator ad Abbat. ibi. n. 3. litera. A. D. Anto. 3. p. tit. 25. c. 1. §. 1. vers. 2. excusat. Rosella excommunicatio. 6. n. 4. Arm. verb. excommunicatio. nu. 45. lex. 3. 4. tit. 9. p. 1. & ibi Greg. Lopez. verb. à el.

15 Secunda sententia tuetur licitā esse participationē in debito coniugali, & in obsequiis debitis: viro ab vxore, vt in domus administratione: secus in mensa, & colloquijs familiaribus, & alijs huiusmodi. Prima pars probatur, quia excommunicatio cū non cedat in excommunicati fauorē minime eximit ipsum ab obligatione, qua ante tenebatur, ac subinde non priuat alterū iure petendi obsequia sibi ad excommunicato debita. Secunda pars constat ex argumētis primæ sententiæ. Sic Syl. excommunicatio. 5. nu. 4. vers. 2. excusat. Et videtur tenere. Cai. summa verb. excommunicatio, ad finem. c. participatio cum excommunicatis, quibus casibus permittitur, statim in principio, vbi dicit hanc participationem licitam esse, saltem in ijs quæ vxor viro debet. Videtur etiā tenere Driedo lib. 2. de libert. Christiana. c. 8. §. demum ad planius intelligendum, vbi ait sententiam dicentem obligari virum ad vitandā vxorē excommunicatam: temperari debere, vt possit petere ab ipsa, obsequia sibi debita.

16 Tertia sententia (cui adhæreo) docet, fas esse viro in omnibus participare cū vxore excommunicata, eodem modo quo licet vxori cum viro excommunicato. Probat primò, quia socius potest cum socio excommunicato participare. Glof. c. 1. verb. viuic. 4. 1. d. & c. si vers. in hoc dispositū. l. 5. n. C. de indistā viduit. Nec iuuat dicere, esse diuersam rationē. Quia profus est eadē ratio enim dispositionis in vxore, est, (vt habetur eo. c. quoniam multos. 11. q. 3.) ad seruipulos, & pericula animarū vitanda, quæ passim suborirentur, si vxor nequiret cū viro excommunicato participare: ite propter obsequia præstanda marito: propter

difficilem separationem, & propter fornicationis periculum: quæ omnes rationes æquæ habent locum, si vxor excommunicata sit. Tertio, quia vir excommunicatus non priuatur vxoris obsequijs. c. inter alia, de sentent. excom. ergo multo minus vbi vxor ipsa excommunicata est: aliàs sine culpa puniretur; contra. c. 2. de consti. & vxor ex suo delicto commodum repararet. Quarto, quia vbi alicuius casus meminit, eò quòd frequentius accidat, similes casus minus frequentes non excludit. Glossa. l. 1. verb. iudici. c. de his qui ad Eccles. confug. & l. vnica, verb. sponfam. C. de raptu virg. & clem. 1. verb. presidentes, de rescrip. vbi Immol. n. 21. Rebutus tract. nominationum. q. 5. n. 25. Peralta. l. lucius, la. r. n. 22. ff. de legatis. 2. Costa. c. si pater, verb. si absq; liberis, nu. 26. de testa. in. 6. Valafcus tom. 1. conf. 8. nu. 2. Pelacz de maioratu. t. p. q. 3. nu. 4. Vgolinus de excom. tabul. 2. c. 23. §. 6. n. 6. ergo licet. d. c. quoniam multos, de solis vxoribus fiat mentio, eò quòd viri frequentius excommunicationem incurrant, non censetur exclusus casus, quo vxor ipsa excommunicatione innodata sit. Hanc sententiam tenuere quidam veteres (vt refert Host. n. 14. relatus, Dominicus. d. c. quonia multos. n. 4. vers. quæro quia textus dicit vxores, & ibi Turcer, paulò post principiu. Palud. 4. d. 18. q. 6. ar. 2. n. 3. vbi Gabriel. q. 3. ar. 1. notabili. 3. vers. lex, & Maioris. q. 2. paulò post principiu. Adrianus. 4. q. 3. de clauibus, exceptione. 6. dubio. 2. Ang. excommunicatio. 8. n. 8. Tabiena excommunicatio. 8. n. 9. vers. 8. Sotus. 4. d. 2. q. 1. ar. 4. concl. 5. casu. 2. Petrus de Sot. l. c. 3. de excommunicatione. §. secundum sit. Nau. summa. 6. 27. n. 27. super vers. humile. Couar. c. alma mater. 1. p. §. 1. nu. 8. Ledesma. 2. p. 4. q. 2. §. ar. 1. fol. 346. colum. 4. Ouandus. 4. d. 18. q. vnica, propositione 80. Felicianus in Enchiridion de cefuris, tract. de excom. c. 38. verb. lex. Vgolin. n. 6. proximè citato. Metina. lib. 1. summa. c. 11. §. 5. fol. 41. Henric. lib. 13. de excom. c. 22. n. 2. Capua. p. 1. decisionum, lib. 4. cap. 13. n. 6. Petrus de Ledesma summa sacramentorum, vbi de excom. c. 7. casu. 2. Vivaldus candel. 2. p. de excom. n. 100. Ludouicus Lopez. 2. par. instrum. de excommuni. c. 16. §. præterea versiculum. Philiacus de officio sacerdot. tom. 1. p. 1. lib. 3. c. 16. ad finem. Bartholo. à Ledesma de poenitentia, dub. 11. de excommuni. casu. 2. Ad

dit Ang. eo. n. 8. virum non corripientem vxorem excommunicatam, peccare mortaliter, & incurere excommunicationem minorem participando cum ipsa: sentit enim tunc solum esse licitam participationem, cum ipsam corrigit, nec respicere vult. Cæterù peccare admittendum est, pro vt admittit Gabr. Couar. Vgolinus, & Capua proximè citati, & erit quidem culpa hæc, mortalis omissionis correctionis fraternæ, vbi esset spes emendæ, & nulla iusta causa excusaret. At minimè incurret excommunicationem minorem participando (vt benè dicit Vgolinus.) Quia participatio adhuc est sibi permisa, vt sentiunt omnes Doctores allegati.

Ad primum argumentum ex propositis. n. 14. constat ex dictis, n. præcedentibus: vbi eandem rationem esse probauimus, & omissionem correctionis esse culpam, nõ tamen obstat participationi: & fieri in eo textu de sola vxore mentionem, non restringendo ad illam: sed quia frequentior est casus. Ad secundum dic eo. c. de filia, nullam de excommunicatione fieri mentionem, ac ideò ad rem nostram minimè facere. Vel secundò dic cum glossa finali, ibidem, intelligi cum pater fouet filiam in erimine, ob quod est excommunicata. Quod denotat ea verba textus, *Si eam pater, vel mater in affectum receperit*, quod etiam viro interdicitum est, vt constat ex dictis. n. 10.

Quæstio secunda. Vtrum coniux excommunicatus possit debitum exigere, & teneatur alteri reddere? Illud tanquam apud omnes certum, supponendum est. Si coniux non excommunicatus ab excommunicato debitum petat, teneri hunc reddere: & fas esse non excommunicato illud exigere. Quod omnes admittunt, nam (vt vidimus, n. 14. & 15.) Doctores negates posse virum participare cum vxore excommunicata, excipiunt debitum coniugale. Et constat, quia vxor excommunicata tenetur viro ad ea obsequia, ad quæ ante excommunicationem astricta erat, vt probauit. n. 13. item quia debitum pecuniariu potest non excommunicatus ab excommunicato petere, nedum coniugale.

Difficultas autem in eo versatur. An coniux excommunicatus possit debitum petere? Quidã negant. Et potest probari. Quia cap. quoniam multos. 1. q. 3. foli vxori cõcedit participationem cum viro excommunicato, & ex rationis paritate, quia corre-

latiua

latiua sunt, ad virum extendimus. At ipsi excommunicato nullum priuilegium ibi conceditur: sicut in constitutione, ad euitanda scandala, Martini. V. concessum est fidelibus ne excommunicatos non denunciatis teneantur vitare, ipsi excommunicatis in nihilo releuatis, quare tenentur ipsi abstinere à fidelium communione. Ergo similiter licet innocens coniux possit ab excommunicato debitum exigere, & excommunicatus reddere teneatur, non poterit tamen ipse in fauorem suum, beneficio petendi vti. Secundò, quia excommunicatus iure agendi priuatus est. c. intelleximus, de iudic. Sic docet Gloss. d. c. quoniam multos, verb. vxores: quam approbat ibi Archid. n. vnico, vers. in glossa, sed nunquid. Capua. p. 1. decisionum, lib. 4. c. 13. n. 6. videntur aperte sentire Sylu. excommunicatio. 5. n. 4. vers. 2. excusatur, & Gregor. Lopez. l. 34. verb. à el. tit. 9. p. 1. vbi dicunt vtrumq; coniugem excusari quoad debiti redditionem, quoad petitionem verò, eum qui excommunicatus non est. Idem videtur sentire Tabiena excommunicatio. 1. q. 13. n. 17. vbi ait excommunicatum teneri reddere, at petere non esse mortale: vbi sentire videtur esse culpam venialem.

Verù dicendum est fas esse coniugi excommunicato debitum petere. Ducor primò, quia æquitate quadam, & beneficio Ecclesiæ in hoc explicantis ipsam Christi intentionem, & rationem excommunicationis, quæ medicina est, & non offendiculum. c. 1. de sentent. excom. in 6. statutum est, ne coniuges excommunicati teneantur se ipsos vitare, vt sic animarum periculis consulatur: si lex permittens hæc participationem, prohiberet marito excommunicato petitionem debiti, minimè periculis consuleret, sed rete illis tenderet, cù difficillimum sit abstinere, ac prope igne esse, & non caleferi. Præterea, quia coniux non excommunicatus tenetur ad obsequia excommunicato prestanda, sicut ante excommunicationem (vt probauimus nu. 11.) inter quæ primas tenet hoc, quod est proprium coniugum, quatenus coniuges sunt: licet ergo excommunicatus obsequium hoc sibi debitum exigat. Accedit quod serui domino excommunicato inferuire tenentur. c. inter alia, de sent. excom. & subinde licebit domino ea petere obsequia, alioquin id est seruorum ingenium, vt ea nunquam præstent, ergo lice-

bit idem viro excommunicato: eò vel maxime, quòd vxores ingenio quodam pudore nunquam petere audent. Nec obstat oppositæ rationes, quia in ea constitutione, ad euitanda scandala, habetur expressè, intentionis illius esse, in nihilo releuare excommunicatos, nec ibi est tantum periculum, cum facile possit excommunicatus aliorum consortium vitare. Ad. d. c. quoniam multos, id non exprimitur, & periculum esset maximum: vt probauimus. Nec excommunicato interdicitur quæcũque debiti pecuniarij petitio, sed quæ ad comparandum in iudicio. Ideò hanc sententiam tuenitur Vgolinus de excom. tabula. 2. c. 23. §. 6. nu. 3. Henriquez lib. 13. de excom. c. 22. n. 2. & pro illa sunt Doctores quos referam. n. 23. asserentes virum spoliatum posse in iudicio repetere vxorem.

Id tamen fatendum est, quamuis esset delictum in excommunicato petere debitum, teneatur alter coniux reddere. Quia est circumstantia tenens se ex parte solius petentis. Iuxta regulam traditam hoc lib. disp. 6. n. 7. Atq; ita glossa, & Archid. Capua, quos retuli. n. 19. dicentes peccare excommunicatum petendo; fatentur alteri teneri reddere, & idem docet Anton. c. inter alia. nu. 18. de sent. excom. Vgolinus de excom. tabula. 2. c. 23. §. 6. nu. 2. idq; n. præcedenti probauit.

Ex dictis inferitur, vbi vterq; coniux esset excommunicatus, adhuc vtriq; licere petere, & ambos teneri reddere. Quia excommunicatio vtriusq; mutuam participationem minimè tollit, vt diximus. n. 3. nec excommunicatio iure petendi priuat, aut à reddendi obligatione eximit, vt duplici. n. præcedenti probauit.

Quæstio tertia. Vtrum coniux excommunicatus possit in iudicio agere, restitutionem coniugis, quo spoliatus fuit, petens? Vel potius excludi valeat ob excommunicationis exceptionem? Quidam affirmant posse petere. Quamuis enim excommunicato denegetur actio in foro caularum. c. intelleximus, de iudic. c. decerni mus, de sentent. excom. in 6. fallit in causa spoliationis coniugis. Quia excommunicatio nullatenus obstat coniugum participationi. Sic sentiunt Hostienus summatit. de restit. spoliat. §. quando facienda. n. 2. versic. quid si vir. Ioan. And. cap. inter alia, num. 2. de sentent. excom. vbi Anchar. c. statuiamus, num. 4. de sent. excom-

in

in. 6. Vgolinus de excomm. tabula. 2. c. 15. §. 3. v. 4. & c. 23. §. 6. n. 3.

24 Sed cum exceptio hac nullo iure probetur, standum puto regula generali. d. c. intelleximus, & d. c. decernimus, de negati excommunicatio adionem; atq; ideo dicendum est peccare coniugem recedente ab altero coniuge excommunicato, verum excommunicatum agere non posse, vt sibi restituatur: ipsique agenti merito opponi posse excommunicationis exceptionem: iudicem vero ex officio restitutionem hanc debere facere, ob fornicationis periculum vitandum. Sicut spolians excommunicatum alijis rebus, reus est culpae, iudicisq; officio cogendus restituere: excommunicatus autem agens repellitur, nec audiendus est. Vt cum gloss. e. ex infuinatione, verb. aliud, de procur. tradunt Doctores. Ita sentiunt glossa. cap. quoniam multos, verb. vxores. r. q. 3. Speculator. tit. de petitorio, & possessorio. §. quoniam in superioribus. num. 3. Calderinus. c. finali, de ordine cognit. vbi Anto. n. 13. Abbas. n. 12. idem Abb. c. inter alia. n. 5. de sentent. excom. vbi Felinus nu. vnic. verum nunquid maritus. Zacharias addit. ad Abbatem. c. intelleximus, de iudic. n. 8. litera. A.

25 Quaeſtio quarta. An ratione excommunicationis viri contumacis, & in excommunicatione persistens, fas sis vxori dotem

repetere? Ioan. Andr. addit. ad Speculator. tit. de dote post diuortium restituenda §. fin. verb. 2. quaestio, hanc tetigit, & inde cisam reliquit. Aliqui autem censent, si nolit tunc vxor cum viro habitare, ius repetendi dote adipisci. Quasi culpa viri cesset cohabitatio. Sic Alexander conf. 78. n. 20. lib. 5. Probus addit. ad Monach. c. fin. nu. 13. de sent. excom. in. 6. Roffredus autem in suis quaestionibus Sabatin. q. 21. admittit iure ciuili repetitionem: sed iure canonico. Sed breui, quando maritus in contumacia minime perseuerat, absq; dubio vxor nequit repetere dote. Cum separari non possit. Atque ita probat Ioannes Cape, tractatu de dote p. 3. q. 24. Quando autem contumax est, quibus res non fit ita certa, at verius existimo adhuc minime concedi dote repetitionem. Quia non obstanti excommunicatione, vxor cogitur esse cum marito, vt probauimus. n. 13. per. c. inter alia, de sent. excom. nec textus distinguit, an perseueret, nec ne in excommunicatione. Ita tueret Vgolinus de excom. tabula. 2. cap. 23. §. 6. numer. 5. vbi bene hoc temperat, nisi tamdiu in excommunicatione perseueret, vt tanquam haereticus, damnatus sit. Cum enim haereticus ipso iure bona amittat capit. cum secundum lege. §. finali, de haeret. in. 6. repetet vxor dotem.

DISPUTATIO DECIMA QVINTA.

Verum actus coniugalis in loco publico, aut sacro exercitus, culpa lethalis sit.

SVMMARIVM.

In loco publico non licet petere, nec reddere. Quid de tactu in loco publico? n. 2. (n. 1. Quot sint quaestiones disputanda circa locum sacrum. nu. 3. Cur seminis, aut sanguinis effusio in loco sacro, sit sacrilegium, & quo iure? nu. 4. Quando res prohibita duplici precepto, continet duplicem malitiam? nu. 5. & ibi, an sit duplex malitia, quando peccato annexa est excommunicatio. Transgressio festi incidentis in dominica, aut vigilia incipientis in quadragesima, aut omisio officij diuini in habere beneficium, & ordinem sacrum, aut adulterium coniugatum coniugata, afficiatur duplici malitia consistenda? nu. 6. & ibi, de transgressione vo-

vi, & iramenti de eadem re. Num coniugalis copula Ecclesiam polluat. nu. 7. Non licet regulariter is concubitus in loco sacrum. nu. 8. Quid si vterque, aut alter coniux sit diuina Ecclesiam inclusus referuntur duae sententiae. nu. 9. & 10. Reprobatur sententia affirmans fornicationem occultam non esse sacrilegam mortaliter factam in Ecclesia. nu. 11. Sententia aut horis circa concubitu coniugalem habitum in Ecclesia. nu. 12. An vbi est licitus in Ecclesia, sit restringendum vt tantum liceat, quando causa incontinentia vitanda exerceatur? nu. 13. An tunc polluat Ecclesiam? nu. 14. Post nu. 14. inuenies alia summaria.

1 Circumstantia loci, de qua praesens est disputatio, in duplici euentu potest actum coniugalem vitare: nempe, dum publice, id est coram alijs, vel in loco sacro exercetur. Et quidem in loco publico petere, aut reddere debitum manifesta culpa lethalis est. Et neminem inueni dubitantem. Quia aduersatur decentiae, & honestati humanae, essentque sic coeuntes maxima ruinae occasio aspicientibus. Contrarium exercebat Turrelupini haereticus, docentes ex rebus quae a natura insunt, erubescendum minime esse. Atq; adeo natura abhorret publicum hunc cohabitum, vt nulla necessitate excusari valeat. Vt bene docet Petrus a Ledesma de matrim. q. 64. ar. 7. ad. 1.

2 Imo tactus inter coniuges alijs liciti, redduntur illiciti, quando alijs aspicientibus habentur. Quia ad venerem excitant aspicientes. Qualitas autem culpae pendenda erit, ex tactum qualitate, & astantium fragilitate, si enim tales essent tactus vt valde astantes inducerent ad venerem, attempta eorum fragilitate, esset culpa lethalis. Atq; ita Emmanuel Sa sum. verb. peccatum verbi facere, ait esse mortale eorum alijs efficere id, quod suapte natura ad mortale inducit.

3 Circa locum autem sacrum, triplex est disputanda quaestio. Primò. An actus coniugalis licite exerceatur in loco sacro, ac illum non polluat? Secundò. Quid de tactibus. Tertio, quid nomine sacri loci comprehendatur.

4 Quaeſtio prima. An culpa lethalis sit, in quocumq; euentu concubitus coniugalis in loco sacro, illumq; polluat? Vt colligere facile possimus malitiam actus coniugalis in Ecclesia exerciti, praemittere oportet, vnde confurgat esse sacrilegam sanguinis, aut seminis effusionem in loco sacro, praet alijs peccatis. Nam si ad criminu grauitatem attendas, grauiora multo sunt, haereticis, odium Dei, quae in Ecclesia admissa nullam specificam deformitatem recipiunt. Si ad decentiam, & reuerentiam loci sacri, magis illi aduersari videntur tactus, & verba inhonestate inter solutos, quam copula coniugalis de se licita, & meritoria, cum tamen illa non habeant ex loco sacro specialem malitiam mortalem: vt statim dice mus. Suarez. 3. p. q. 83. ar. 3. disp. 81. sectio. 4. §. 3. violatur Ecclesia, opinio. 2. negat rationem culpae, & specialis deformitatis oriri ex eo quod Ecclesia polluat? fan-

guinis aut seminis effusione, sed potius dicitur, quia haec sunt turpia, & decentiae; Ecclesiae repugnantia, illis adinuatam esse veluti censuram, loci violationem. & interdicitum vt ibi diuina celebrentur. Et potest probari. Quia sicut in odium furti, & quod homines ab eo abstinerent, fulminaretur excommunicatio in furantes, non esset ratio malitiae furti excommunicatio, sed quia furtum malum, & odiosum est, afficeretur ea censura. Praeterea, quia extractio rei ad Ecclesiam confugientis, est sacrilega, propter iniuriam loco sacro illatam, cum tamen Ecclesia non violetur. Sed magis placet quod docent Valentia. 2. d. 2. disp. 6. q. 15. puncto. 1. §. praeterea etiam ad eandem speciem: & Vasquez. 2. d. q. 72. ar. 6. disp. 98. n. 4. & duplici sequenti: vbi tradunt ideo sacrilegam esse, & deformitatem specificam sortiri sanguinis, aut seminis effusione in Ecclesia, non autem alia scelera ibi admittuntur: Quoniam ius Ecclesiasticum peculiari ter voluit, statuitq; e. vni. de consec. Eccl. in. 6. c. Ecclesijs, de conse. d. 1. Deo tribui cultum per immunitatem loci sacri ab humilimo di rebus. non autem ab alijs criminibus: statuitq; illis, & non his profanari locum sacrum, ita vt reconsecratione indi geat, quod in illo diuina celebrentur: vnde ea efficere in loco sacro, est contra loci consecrationem, illumq; vt facer est, violare, & hoc ex solo Ecclesiae statuto. Quod inde probatur, quia malitia haec, & specialis deformitas non confurgit ex iure naturae, sed ex solo Ecclesiae statuto: vt cum Valentia, & Vasquez docet etiam Henricus. lib. 5. de penitentia. c. 6. n. 5. & aperte probant rationes propositae: ita non inuenitur ius Ecclesiasticum haec prohibens in loco sacro fieri, praeter textus. c. vnicum, de consec. Eccl. in. 6. c. Ecclesijs, de consec. d. 1. c. Ecclesijs, d. 68. c. finale, de conse. Eccl. c. significasti, de adulter. c. si motum, de consec. d. 1. qui textus prohibitionis mentionem minime faciunt, sed solum statuunt Ecclesias sanguinis, aut seminis effusione violari: ergo tota ratio specialis malitiae, & sacrilegae est, quod Ecclesia violetur. Atq; ideo hanc rationem tradunt etiam non ita explicatam, Palud. 4. d. 3. q. 3. ar. 2. n. 14. Ricard. 4. d. 32. ar. 3. q. 1. vbi Supplementum Gabriel. q. vnic. ar. 2. concl. 11. & ibi Sor. q. vnic. ar. 3. concl. 3. & ibi Omandus. q. vnic. post. 2. propositionem. Caie. summa verb. matrimonium. c. vltim. §. 6. caput Ar milla, verb. debitum coniugale. n. 6. Visto